Data II. idus novemb.[c]) anno incarnationis dominicae dccc. xc. v., indictione .VIII., anno vero tercii Ottonis regnantis. XII., actum Mogontie feliciter amen.

46.

König Otto III. bestimmt die Grenzen des Bisthums Meissen und überweist dem Stift den Zehnten innerhalb seines Bezirks. **Frankfurt, 996 Dec. 6.**

Hdschr.: Or. (?) Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 13. Das ebendaselbst befindliche Transsumpt von 1250 Apr. 2 ist bis auf Verschiedenheiten in der Orthographie gleich.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,21. Stumpf 1057.
Anm.: Vergl. Einl. 172 Anm. 24, 180 Anm. 90, 185, 188 Anm. 135. S. A. 316 Anm. 24, 332 Anm. 90, 343, 348 Anm. 135. In dorso: pceptum de terminatione misnensis episcopatus *(Saec. XII.).*

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia rex: — — nostra regali potestate Misnensi episcopatui terminum posuimus nominando fines et determinationes locorum, sicut infra tenetur. Ubi caput et fons aquae, quae dicitur Odera, inde quasi recta via usque ad caput Albiae, inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio et confinium duarum regionum Behim et Nisenin, ibidem ultra Albiam et per silvam in occidentalem partem usque ad caput Mildae et sic deorsum ambas plagas eiusdem fluminis scilicet prope occidentalem ripam Rochilinze et sic usque dum Milta intrat in Albiam, nec non ob hoc diximus in occidentali plaga, quia multae villae pertinent ad orientales urbes et sic sursum et ultra provinciam Nizizi ad eundem terminum sine dubio nec non in altera parte Lusizi et Selboli et sic usque ad civitatem Zulbiza illam videlicet infra eundem terminum et inde in aquam, quae dicitur Odera, et sic Odera sursum usque ad caput eius. Omnes vero, qui infra terminum istum habitent, in omni fertilitate terrae, frugum et pecudum, in argento, vestimento nec non, quod Teutonici dicunt ouarcapunga et talunga familiarum, insuper tota utilitate et in omnibus rebus, quibus mortales utuntur diversis modis, decimationes, quas deo cuncta gubernanti debent ad Misnensem aecclesiam, primo deo, deinde sancto Iohanni evangelistae beatoque Donato martyri dei universa dubietate procul remota persolvant, referant et reddant. — —

:Signum domni Ottonis (M.) magni et gloriosissimi[a]) regis.: (SJFR.)[b])
:Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archicapellani recognovi.:

Datum .VIII. idus decemb.[c]) anno dominicae incarnationis. DCCCC. XC. VI., indictione .VIIII., anno vero tercii Ottonis regnantis .XIII.; actum in Franconofurt; feliciter amen.

45. *c)* IDVS Nouemb.

46. *a)* gloriossimi. *b) Foltz, Otto III. 2.* *c)* IDVS. Decemb.